Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36522
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ex officio hodierno qd̄ totā noctē inlus
trat futurā. Oportet ut hoc discam⁹ ex
p̄ma consecratione cerei que dic̄. Hec
nox ē in qua destructis mortis uincu
lis. Et iterū. Hec nox ē de qua scriptū ē. Et
nox ut dies illuminabit̄. Vigilie agen
de s̄ in nocte ut ex auctoritate patrū
recolimus. Dicit augustin⁹ ex sermone
ad pplm̄ in uigiliis pasche. dicendū
ē cur tanta celebritate hodierna
potissimū nocte uigilemus qd̄ die tercia
resurrex̄ a mortuis dn̄s nr̄ ihc xp̄c nul
lus ambigat xp̄ianus. Hac aū nocte.
hoc factū ē sc̄m euuangliū contestat̄.
Et paulo p⁹. Illa aū noctē agimus uigi
lando qua dn̄s surrex̄ ad illā uitā de
qua paulo ante dicebam⁹. meditam̄.
ubi nec mors ulla nec somnus ē quā
in sua carne nob̄ inchoauit. Quā sic
excitauit a mortuis ut iā n̄ moriat̄
nec mors ei ultra dn̄et̄. Et iterū. Cui re
surgenti si paulo diuti⁹ uigilando con
cinimus p̄stabit ut cū illo sine fine ui
uendo regnemus. S; si forte his horis q̄b⁹
nos ducim⁹ istā uigiliā illi⁹ adhuc corp⁹
in sepulchro erat n̄ dū q; resurrexerat.
nec sic uigilando sum⁹ incongrui. q̄
ille dormiuit ut uigilem⁹ qui ē mor
tuus ut uiueremus. Hieronim⁹ horā
certā uigiliarū demonstrat. in cōmen
tariis mathei dicendo. Tradicio iudeor̄
ē xp̄m media nocte uenturū in simi
litudine egyptii tēporis. quando cele
bratū ē. Exterminator uenit et dn̄s
sup tabnacula transiuit et sanguine
agni postes nr̄arū frontiū consecrati s̄.
Vnde reor et traditionē aplicā p̄man
sisse ut in die uigiliarū pasce ante noctis
dimidiū pplos dimittere n̄ liceat. ex spec
tantes aduentū xp̄i et post quā illud
tempus transierit securitate p̄sūpta
festū cunctis agentibus diem. De agnis
de cera factis benedicendis.

Romanus libellus
narrat eodē die benedici cerā oleo
mixtā. indeq; fieri agnos. eosq;
reseruari usq; in octauis pasche.
In octauis v̄ cōmunionē dari pplo ex
his incensū adolendū et ad suffumigan
dū domib⁹ suis. et narrat similit̄ nos
facere debere de cereo consecrato. Cera
nāq; xp̄i humilitatē designat. ut gregori⁹ in ome
liis. Fauus quippe mel in cera ē. Mel v̄
in cera ē diuinitas in humanitate. Agni
quos romani faciunt. agnū p nobis factū
immaculatū designant. Omib⁹ reb⁹ xp̄c
nob̄ ad memoriā frequenti⁹ reducendus ē.
ut augustinus ad ianuariū. Honido inq̄t
tam̄ putare debent stulti q̄ nolunt ē
mutari adoranda ēē ista luminaria
quia ducit̄ ex eis aliquando similitudo
ad diuina mysteria figuranda ex omī enī
creatura ducit̄. quando agnū de cera ui
demus. agnus p̄figurat̄ et in pascha im
molat̄ ad memoriā reducit̄ quib⁹ sc̄s
gregori⁹ oleū infudit. quando mysteria
paschalis agni reseruauit.

De cereo benedicendo.

Romanus ita agentib⁹ nob̄ pre
ceptū ē a papa Zolimo benedice
re cereū ut diximus. Cera humili
tatē xp̄i designat. Vnanimitatē signi
ficationis uult habere cereus iste cū co
lupna ignis que inluminabat pplm̄